ROBERTUS HOLCOT, UNVOLLSTäNDIG

Entstehungsort unbestimmt, 1. Hälfte 15. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35460
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Job 22 Ponere iniquitatem tuam pro limo et infinitas iniquitates tuas sicut cinerem. Stultorum infinitus est numerus. Tertio numerare quot amissimus concessa tempora et venientem infinita tempora. Et sicut Num. Dies et tempora dedit illi. Et Job 20. Dedit illi deus locum penitentie et ipse abutitur eo in superbia. Quando sic nos disposuimus in mensuram et modum, ponamus nos in pondere. Et primo ponderemus quantum debemus, presertim propter beneficium creationis, quo natura nostra cum nata divina contraxit, cepit hic. Et 12 Pondus sup se tollit qui honestioribus se gratificat. Deinde ponderemus gravitatem fluxus et imperitiae nostre ponderemus. Deponamus unum consilium apostolicum Hebre 12. Deponentes omne pondus et circumstantes nos peccatum, per patientiam eramus adpositum nobis certamen. Tertio ponderemus aliquid meritum, quod totum sive bonum sive malum ad iudicium adducet. Prima 26. Ponam iudicium in pondere et iustitiam in mensura. Et sic disponamus nos in mensura modum, et pondere quod nobis ille prestare dignetur qui cum patre et spiritu sancto vivit et regnat in secula seculorum. Amen.

Lectio 143

Sed et misericordiam, quam omnia potes, et dissimulas peccata hominum propter penitentiam. Diligis eum omnia quae sunt, et nihil odisti eorum quae fecisti, nec enim odiens aliquid constituisti aut fecisti. Hoc etiam ostensum est quod deus gubernavit universam creaturam per potentiam cui nihil potest resistere. Hic ostendit quod eam administrat per benivolentiam et amorem libere constituit. † cui nulla creatura potest satisfacere. Et ista duo facit nam primo ondit quod deus omnem creaturam per benivolentiam et creavit a principio. Secundo quod omnem creaturam libere conservat et continuat in esse suo, quia sue voluntatis arbitrio. Et pro ibi. Quid autem aliquid permanere posset. Circa primum tria facit primo ostendit quod nunc dei est gratialis ad omnem creaturam quod est mirabile et hominem specialiter. Et 3° probat deum diligere quod peccata temporalia. Secundo pro ibi. Dissimulas peccata. Secundo ibi. Diligis eum omnia. Et ego primo sic. Sed et misericordiam omnium quam omnia potes. Qui dicit licet toto orbis circuitu sicut sicut momentum statere ante te. Sicut gutta roris antelucani non tamen ideo despicis illa propendis creaturam tuam. Di sunt velis et conservas. Et ideo misereris omnium. Unde in psalmo. Miserationes eius super omnia opera eius. Et quia sic misereris ideo cum omnia potes non es in indigentia, quia tu indigeas auxilio creature, non es impotentiae, quia non possit tibi creaturam delere. Et ideo quia omnia potes. Marci 1. Pater omnia possibilia sunt tibi. Et 2. Credimus magnitudinem iustitiae et misericordiae quod cum ipso est. Et hoc est quod dicitur in psalmo 12. Et Ubique quia domina omnium et omnibus viis prestare. Et ideo tales domini et prelati dei sicut spiritus imitatores, qui cito sunt potentiores, tanto clementiores. Sic Alexander magnus, deiectos populos plus clemencia quam potencia sic constituit. Et Ps 22. Reges iste clementes. Et quia domine misericordie tue sunt super omnia opera tua, tu magis es admiranda et homines peccatores, quos peccata dissimulas. Peccata hominum propter penitentiam, idest ex spectas sub dissimulacione, non fictorum sed bone affectus peccata hominum propter penitentiam. Ut qui penitent interim sic eos clemit

vindicte sed dissimulas